in xpo omnes viuificabuntur — Maria aut roſa fuit candida per virginitatē rubi
cunda per caritatē candida carne rubicunda mente candida virtutē ſectando rubi
cunda vicia calcando candida affectū purificando rubicunda actu carnalē mortificando
candida deū diligendo rubicunda proximo compatiendo · De lignis vero ſethim candida
eſt archa in qua thuribulū manna et virga fuit recondita quia hec maria de pa
trum natura per primū venam duxit originē ſublata in per ſpm ſcm et mu
data ad partū deū nobis protulit hinc thuribulū ſacroſanctum cuius ſignificat
ſaluatoris que aurea dicitur quia nullus paſſus eſt detrimentū pudoris agnus ſine
macula qui peccatum nō fecit nec eſt dolus in ore eius de quo per prophetam dicitur
eloquium Ecce puer meus electus poſui ſuper eum ſpm meū Carbones thuribuli
ſunt opera ihū xpi carbones iſti aliquando mortui quandoque vero ſunt ignei quia in ſaluatore
nro nunc perpeſſa tollerabat humanitas nunc perpeſſa ſtatuebat diuinitas Ignis in car
bone diuinitas eſt incandeſcens in ope Ignis in primis ardens eſt indicans diuinitas
carbo mortuus in ſepe iacens ignis demonia expellens mortuus in egiptū
fugiens Igneus vendentes et ementes eiciens de templo eiciens mortuus
dormiens in naui Igneus imperans ventis et mari mortuus ſubditus pare
tibus Igneus quatuor ſanans hominū milia de ſeptē panibus mortuus ad pu
teum iacob in itinere ſedens Igneus circa iherico illuminans cecū et ſanans
leproſum carbo erat mortuus dum a dyabolo temptaretur igneus dum ei ab
angelis miniſtraretur mortuus in predicatione diſcipuli igneus in filio reguli ſepi
tus inter pſidem igneus circa ſybernacionem ſepitus dū ei illuderet herodes ig
neus dū mortuorū ſuſcitator magnificus fieret ſepitus dū ei acetū cū felle mix
tū propinaret igneus dū de eo decē leproſi mundarent ſepitus dū a iudeis ſe
abſconderet igneus dū cū publicanis et peccatoribus ederet ſepitus dū ambu
laret ſuper vndas igneus dū ex aqua facto vino letificaret conuiuas ſepitus
iacens in cunabulis igneus fulgens in miraculis ſepitus ante tribunal pſidis
igneus in filia archiſinagogi ſepitus in cruce igneus in monte preciſus igitur mor
tuo carne humanitatis xpi ignito diuinitatis miracula ‖ Sermo ad ab
bates venientes ad capitulum ciſtercienſium exemplum · Sermo xliii ·

Ecce mare magnū in quo vnique certū eſt non aliud quam preſens ſeculum
h amarū intelligi quod tribus hominū generibus ſuo cuique modo periculum eſt ut tran
ſeant liberum Tres enim ſunt noe daniel et iob quorū primus
naui · 2 ponte · 3 vado pertranſijt Porro tres huius tres ordines eccleſie ſignificant
noe quidem archam rexit ne periret diluuio ubi prelatorum formam agnoſco rec
torum Daniel vir deſideriorum abſtinencie et caſtimonie deditus ipſe eſt ſoli deo
vacans penitencium et continencium ordo Job quoque ſubſtantiam huius mundi bene diſ
penſans in coniugio fidelem deſignat populum terrena licite poſſidentem ‖ De pri
mo igitur et 2o nobis habendus eſt ſermo quoniam aſſunt venerabiles fratres et ab
bates nri de vno prelatorum aſſunt et monachi de penitencium ordine a quo in et
nos abbates alienos non reputare debemus niſi forte quod abſit officij nri gra
nos profeſſionis immemores · Tercium igitur coniugatorum videlicet ordinem magis
ſuccincte tranſeuntes veniamus ad nos primum Ipſe eſt qui mare magnū vado

pertransit laboriosum prorsus et periculosum etiam et longum habens iter quippe qui
nulla vie compendia capiet nam quod periculosum sit iter in eo patet quod tam multos in
eo perire dolemus tam paucos videmus transire valde enim difficile presertim diebus
istis quibus malicia nimius invaluit inter undas huius seculi voraginem viciorum
et cumulum peccatorum fluctus declinare. At claustralium quidem ordo et ponte per-
transit quod iter brevius et facilius etiam et securius esse nemo qui nesciat. Sed
omitto laudes pericula magis ostendo hoc enim multo melius arbitror intelligenti. Recta
siquidem semita viri recti sed omnino secura non est. Timendum enim periculum triplex
id est ne forte aut equare se aliis aut respicere retro aut certe in medio pontis stare
seu residere quis velit. Neutrum enim illum ex hiis tribus pontis patitur angustia et
arta via que ducit ad vitam. Contra primum ergo periculum oremus singuli cum pro-
pheta Ne veniat nobis pes superbie quia ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem.
Nam de eo qui mittens manum suam ad aratrum postea retro respicit certum est quod
labitur statim et pelagus operit caput eius. Sed et qui stare voluerit non quidem
relinquens ordinem sed proficere in eo dissimulans cadat necesse est ab hiis qui sequun-
tur impulsus eversus. Arta est enim via et impedimentum est proficere volentibus
non proficiens. Hinc est quod iugiter arguitur et reprehenditur quod forte nequeunt
tepidum eius segniciem quod velut quibusdam stimulis urgent et impin-
gunt manibus ut unum necesse sit e duobus aut proficere aut prorsus deficere. Nimi-
rum ergo oportet ostre gressum respicere quoque retro aut equare nos aliis multo
minus expedit sed tota humilitate currendum nobis et properandum ne quis forte
si is qui egressus est ut gygas ad currendam viam longe fiat a nobis. Quem si
bene sapimus providentes in aspectu nostro semper et in eius odore currentes facilius eum
usque currimus nec vero angustie minus inveniuntur pontis semita currere no-
lentibus quam spaciosus est legimus ut qui per fortem in eis tuti voluerint non laba-
tur in itinere per eorum. Hec autem sunt pena corporis paupertas substancie mundialis
et humilis obediencie nam per multas tribulaciones oportet nos intrare in reg-
num celorum. Et qui volunt divites fieri in hoc seculo incidunt in temptacionem et in
laqueum dyaboli. Et quem a deo suo exturbaverit inobediencia sine dubio per obedi-
enciam recto tramite redit. Hec autem sibi invicem adiuncta esse necesse est nam et pe-
na corporis nec inter divicias stabilis nec sine obediencia potest esse discreta et
paupertas in voluntate et voluptate propria nullius potest esse meriti et obediencia
in diviciis et voluptate nec stabilis nec gloriosa. Nonne vides hiis tribus superstites
inde si tria maris huius pericula declinasti concupiscenciam carnis concupiscenciam oculorum et
superbiam vite recte magis compositas ut in pena quidem nodum impaciencie in pauperta-
te cupiditatis scrupulum in obediencia venenum caveas proprie voluntatis. Nam et
qui murmuraverunt a serpentibus perierunt et qui volunt divites fieri non ait qui
sunt sed qui volunt incidunt in laqueum dyaboli. Sed et illud quod refert si forte
quod absit non quidem divicias sed et ipsa que paupertatis sunt toto affectu desideres
aut etiam ardencius quam divicias cupiunt habere seculares quid distat quantum
substancia desideret dum equalis sit concupiscencie affectus nisi quod tollerabilius inde
et potest que pluris esse videntur plurimum desiderare. Porro quisquis vel ap-

te uel occulte satagit ut quod habet sua uoluntate hoc ei spiritualis pater iniungat
ipse se seducat si forte sibi quasi de obedientia blandiatur neque enim eatenus ipse pla-
to sed magis ei platus obedit. Verumtamen iuxta sententiam saluatoris in qua me-
suram mensi fueritis remetietur uobis bonum est homini ad cumulum dare ut de con-
fert nunc quibus mensuram bonam et confertam et coagitatam et superfluentem dabunt
in sinus uestros Sufficiat enim ad salutem corporis molestias patienter ferre sed cumulus
est etiam libenter in feruore spiritus eas amplecti Sufficere potest superflua non re-
quirere sed nec propter ipsa si forte desint necessaria murmurare sed cumulus est
etiam exultare et libenter querere quomodo alii magis habeant necessaria quam et ipse pe-
nuriam patiatur Sufficit quoque ad salutem si nec impacientia nec simulatione ad id
quod desiderans intuitu uelis platum animi anhelare sed cumulus est etiam fugere ea
quibus proprijs uoluntatem sensus oblectari quantum sine bona conscientia potest &c
|| Pectoris platus quidem ipse sit qui descendit mare in nauibus faciens operationes
in aquis multis neque enim certi portus aliqua seu uadi semite cauentur ut
libere possint unusquisque discurrere et occurrere singulis ut oportet ac dirigere
portus semitam seu uadi ordinati gradientes pericula uestigare ac declinare
excitare tepidos pusillanimes suscitare. Denique ascendunt usque ad celos et
descendunt usque ad inferos nunc quidem tractantes sublimia nunc infernalia et
horribilia facta diiudicantes sed que potest nauis inueniri que tot in ma-
ris sustineat fluctus et in tanto secura possit esse discrimine utique fortis ut
mors dilectio dei sicut infernus emulatio quia iuxta quod alibi habes aque multe
non potuerunt extinguere caritatem necessaria est nauis ista platis tribus compac-
ta lateribus que est utique forma nauium ut sit minime iuxta pauli doctrinam
caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta puritatem quidem cordis
in eo platus habet si prodesse desiderat magis quam preesse si proprium comodum
uel honorem seu aliud quippiam suum in prelatione non querit preter solum bene pla-
citum dei et animarum salutem Sed cum intentione pura irreprehensibilis quoque ne-
cessaria est conuersatio ut forma factus gregis incipiat facere et docere et secundum
magistri nostri exemplum quemadmodum docuit discipulos esse antequam hec in suis acti-
bus indicet non agenda ne forte submurmurare posset frater qui argui-
tur et dicere medice cura te ipsum talis enim occasio plurima displicentia platis plu-
rima subditis prebeo est nec propero bene moueam docere sic loquor sed
et in et aliis patet ueteris clamat quem oportet irreprehensibilem esse qui
post inter et securo cum deo riuelet exprobrantibus sibi uerbum quis ex uobis ar-
guet me de peccato non quod sine peccato penitus esse possit in hac misera uita sed quod
ea que arguit in discipulis operetur summopere uitare magis in ... hec qualis est
in conuersatione talis sit necesse est etiam in occulta cogitatione ne uideret sicut
humilis intus elatus in corde suo presumens de sapientia seu uirtute aut scientia
sua que est sine dubio fides ficta quemadmodum sicut ostendit humilitas quam sanctus
in sola dei pretiute confidit Et uide quam proprie hijs tribus cordis scilicet puritati conscientie
bone et fidei non ficte conuenire uidentur alia quoque apostoli uerba dicentis michi
aut pro minimo est ut a uobis iudicer aut ab humano die sed neque me ipsum iudico

inquit. Quia nichil michi conscius sum quod meum aliquid quaeram sed que Ihesu Christi.
Sed et pro minimo michi est ut a vobis iudicer propter conscientiam bonam et irreprehensi-
bilem vitam. Qui autem iudicat me Dominus est ut in eo solam spem suam ponant et
doceat humiliari sub potenti manu Dei. Sed et illud tu iudicium unum possit hiis con-
venire apostoli trina Petri interrogatio ut hoc sit dicere amas me amas me amas
me habes caritatem de corde puro et conscientia bona et fide non ficta merito siquidem
de trina interrogatur in caritate habeat prelatus homo conscienciam. In comme-
moratione sancti Michaelis archangeli. Sermo xliiij.

[A]ngelorum hodie memoriam celebramus et exigitis debitum pro tanta so-
lempnitate sermonem. Sed quid de angelicis spiritibus loquatur
vermiculus. Credimus sane et indubitata fide tenemus eos presentia
et visione Dei sui frui sine fine letari bonis Domini que nec oculus vidit nec auris audivit
nec in cor hominis ascenderunt. Quid ergo de hiis homo loquatur hominibus que nec ipse
quidem cogitare nec illi possunt audire sufficiunt. Profecto si ex habundantia cor-
dis os loquitur sicut omnis lingua muta est ex inopia cogitationis. Attamen si nullum est
ad nos loqui de ea claritate et gloria qua semetipsis fruuntur in Deo suo angeli sancti
nec omnino supereminet credibus de ea loquimur quam nobis exhibent gratia et cari-
tate. In superis enim spiritibus non solum admirabiles dignitatis sed et dignationis ama-
biles invenimus divitias. Proinde si eorum gloriam non capietis tanto magis am-
plectimur misericordiam qua nimirum constat nobiles illos habitatores domus Dei celi ci-
ves principes paradisi. Testatur denique apostolus ipse qui raptus usque ad tertium celum loca
illi curie meruit interesse atque eius interesse secretis. Nonne omnes administratorii sunt
spiritus missi in ministerium propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Neque id cuiquam incredi-
bile videatur quandoquidem ipse quoque creator et rex angelorum venit non ministrari
sed ministrare et animam suam dare pro multis. Ut quid ergo ministerium illud ange-
lorum quispiam dedignetur in quo precedit eum qui in excelsis sedet cum [illegible] et felici-
tate ministratur. Sic et hunc Daniel atque qui vidit testimonium perhibuit milia milium
milium ministrabant ei et decies centena milia assistebant ei. Alius quoque pro-
pheta ad patrem de filio loquens ait Minuisti eum paulo minus ab angelis. Si-
plane sic decet ut veniat etiam humilitate qui sublimitate vincebat. Sicque
tanto minor angelis quanto inferiori sese ministerio mancipavit qui tanto excel-
lentior est quanto differentius pre eis nomen hereditavit. Sed quis fuit ipse in
quo minoratus videtur ab angelis cum ministrare venit quemadmodum et ipse memi-
nimus in ministerium mittitur et ille. In eo utique quod non modo ministravit sed et minis-
ter est [illegible] et unxit eidem qui ministrabat et qui ministrabatur [illegible] pro-
inde in omnibus [illegible]. Ecce inquit venit [illegible] in montibus transiliens col-
les. Ministravit enim [illegible] angelos sed et ipse transiliit ministrantes. Mi-
nistrant enim angeli de alieno offerentes Deo non opera nostra sed eius gratia
referentes unde et scriptum dicitur quia ascendit fumus aromatum in conspectu Domini
de manu angeli. Sollicite provisum Deum esse [illegible] nos enim fuimus
res nostras non [illegible] non suas [illegible] offerunt Deo nobis quoque [illegible] munera refe-
runt et non sua. Non sic ille minister sublimior omnis sed et humilior universis